



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An à laicis ordinati sacerdotes, co[n]ficiant verè Sacramentum. tit. 82

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Signantur ergo fideles in baptismo & alijs sacramen-  
tis cruce, ut cedat impugnare Sathan, quos cernit si-  
gnaculo crucis signatos.

*AN A LAICIS ORDINATI  
sacerdotes, conficiant verè sacramentum.*

## TITVLVS LXXXII.

**D**RIMÒ Apostolus Paulus dicit i. Tim. 4.  
quòd presbyterium est singulare donū,  
id est, potestas, quæ à Deo datur conse-  
crandi & administrandi sacramēta: ob-  
id nemo sibi honorem illum sumat, sed  
qui à Deo vocatur sicut Aaron. Nam & Christus se-  
ipsum non glorificauit ut pontifex fieret, sed qui lo-  
cūtus est ad eum, id est, pater, Tu es filius meus &cet.  
Psal. 2, & sicut me misit viuens pater &c.

Secundò, inquit Paulus, quòd hæc potestas datur  
à Deo per impositionem manuum presbyteri, non  
per impositionem manuum laicorum nec seniorum,  
quia seniorum nihil hīc facit: ideo per manus presby-  
terorum, qui iam etiam consecrati sunt, ut medium  
Deus vult distribuere hanc potestatē, & non per ma-  
nus laicorum. Sic dicit Augustin. contra Parmenia-  
num lib. 2, cap. 13. quòd consecratio seu ordinatio sa-  
cerdotum est verum sacramentum, & imprimis cha-  
racterem, id est, inextinguibile signum, sicut baptis-  
mus, &cet. Ex quo sequitur, iuxta omnium Catholi-  
corum sententiam, quòd qui hoc donum non habet,  
non consecrat, et si præsumat, qui æqualis fit Da-  
than, Choré & Abiron, Numer. 16. quorum thuribū-  
lum Deus non approbavit. Secundò, quòd laicus  
nō potest conferre, nec vulgus sacerdotem ordinare,  
quia potestas hæc non nisi per sacerdotis manus con-  
ferrur à Deo, dicit quidam: Quomodò ordinabunt  
sacerdotem, qui ipsi non sunt sacerdotes? mortuus  
quomodò dabit vitam &c? Et licet hoc concedatur,  
quòd

quòd ordinatus ritè à catholico episcopo postea ei  
ciatur hereticus, autem consecrat & baptizat, licet  
peccet. Non tamen hoc vñquam approbatū est, qui  
purus laicus consecrat, licet illum secta elegant.  
xta prurientes aures, 2. Timoth. 4. Paulus & Barna-  
bas & Titus ordinabant sacerdotes in ciuitatu-  
Auctor. 14. Tit 1. Ad hoc tentant & experintur no-  
les laici, &c. Sed sectarij sunt &c. At obijent: verbi  
Dei prolatum omnia operatur, nihil est cum vñctio-  
ne & rasura, Respon. Primò prophetæ in veteri testa-  
mento etiam aliqui dixerunt, Hæc dicit Dominus.  
Sed Deus dicit per prophetam, Ierem. 14. Prædicat  
in nomine meo, & ego non misi eos. Et Matt 7. De-  
mine, in nomine tuo prophetauimus, dæmonia ex-  
cimus, miracula fecimus, &c. sed addit, Nescio vñ  
mali operarij estis. Christus approbavit confessionem  
Petri Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui, & na-  
luit eandem confessionem audire à spiritibus malis  
clamantibus ex obsessis, Tu es filius Dei, Luc. 4. Mat-  
1. Non ergo approbat Deus verbum non vocatorum  
nam vocatis seruis tradit sua bona, Matth. 25. Pe-  
ttereà Paulus fuit intrinsecè à Christo vocatus ad A-  
postolatum, sicut dicit Roman. 1. Gal. 1, sed non suffi-  
ciebat quòd intrinsecè erat electus, voluit etiā Deus,  
quòd externè per impositionem manuum doctorum  
& prophetarum vocaretur, Auctor. 13. Segregate mihi  
Saulum &c. quatenus certum esset, quòd Deus  
vellet approbare verbum suum ac ministerium.

Tertiò, Magnum igitur est periculum cum fac-  
dotio tali hereticorum. August. lib. 4. contra Donati-  
stas, capit. 17. dicit: Heretici etsi baptizent, habeant  
sacramenta, non tamen utiliter & fructuosè, propter  
labem schismatis, medicina sunt, sine operatione, scilicet  
gratiae. Cyprianus libr. 1. Epistolarū epistolæ  
xta, Eandē fidem cū Moyse habebat Dathan, Abiron,  
Chore, Num. 16. tamen corum sacrificium non acce-  
ptatur

pratur propter labem schismatis. Moyses dixit, Ne Deus respicias sacrificia eorum &c. Sed hoc periculum & errorem, sola inuidia in clerum nutrit & conservat. Qui ergo amat periculum, videat ne pereat. Sacerdos sacerdotum conseruabit suos consecratos sacerdotes, licet illis resistat magi illi & benefici Pharaonis regis Aegypti, Exod 7.

## ORDO QVID SIT.

**P**riores sunt notanda. Primo, quid sit ordinis: Secundo, quare in Ecclesia institutus a Christo: Tertio, qui sunt fructus illius. Primum, ordo est specialis potestas, quae per verbum Dei & impositionem manuum Episcopi confertur homini, ut veraciter & fructuosè possit dispensare dona Dei, quae promissa sunt credenti propter Christum, id est, potestatem baptizandi, absoluendi, consecrandi &c. i. Tim. 4. Ne negligas donum, id est, potestatem illam specialem, & i. Corinth. quarto. Sic nos existimet homo &c. Est primum singularis potestas, non collata in Baptismo, communis omnibus Christianis: Nam Christus baptizauit Apostolos, anno 30. Ioann. 4. At postea, anno 33, dedit in cœna potestatem consecrandi Eucharistiam, Luc. 22. Hoc facite, &cet. Et post resurrectionem potestatem docendi & baptizandi, Matth. ultimè & potestatem absoluendi, Ioan. 20. Si enim ex baptismō hoc habuissent, non specialiter fuisset illis collata hæc potestas. Nec est illa potestas, qua quisq; fidelis apud se est sacerdos & rex, i. Pet. 2. Sed specialis, communem Ecclesiam respiciens.

Secundum, institutus est ordo propter certitudinem, ut sciant homines se veros habere ministros, quos Deus approbet. Nam Ierem. 14. dicitur: Multi prophetant in nomine meo, quos ego non misi, &cet. Et Christus